Ad Pacta Matrimonialia Regum

17

# Quitatio Joachimi junioris Marchionis Brandeburgensis de 5000. aureorum a Sigismundo Rege acceptorum.

Joachim Dei gratia Marchio Brandeburgensis, Sacri Romani Imperii ArchiCamerarius, princepsq' Elector, Stetinen, Pomeraniæ, Cassuborum, Sclavorumquè dux, Burgravius Norimbergensis, et Rugiæ Princeps, publicè et coram omnibus his nostris literis profitemur, Nobis à Serenissimo principe et domino domino Sigismundo Rege Poloniæ, magno duce Lithuaniæ, Russiæ, totius Prussiæ atquè Masoviæ domino et herede, domino et Socero patris nobis loco multò observande quinque millia aureorum Hungaricalium boni auri simul atquè justi ponderis numerata prestitaquè esse, quæ quinquè millia aureorum nobis ultra ea, quæ dotalibus pactis inserta essent, nobisquè deberentur, ac pro quibus generosus nobis dilectus Severinus Boner Castellanus Gnesnen fidejussor intercesserat, Regia

ejus cel-

ejus celsitudo ex singulari sua liberalitate et in nos benevolentia, et promiserat, et exsolvi curaverat. De hujusmodi itaque quinque millibus aureorum hisq omnibus, quae nobis ex pactis nostris dotalibus et Vilnae et Cracoviae utrumque conventis deberentur, Regiam ejus celsitudinem sacrumque Poloniae Regnum hisce literis nostris quietamus, liberamque pronunciamus. In cujus rei fidem juxta atque corroborationem et attestationem eorum omnium, has literas nostras quietationis secreto nostro, quo uti consuevimus, firmari jussimus. Datae Coloniae cis Sprevam die Martis post Dominicam jubilate, anno à Christo nato millesimo quingentesimo tricesimo octavo.

Joachim Kurfirst.
manu ppria

Ta Kopia przepisana z oryginału pargaminowego, u którego wisi pieczęć na pargaminowey Zawiasie, d. 17 miesiąca Augusta roku 1785.

Ad 1538 anni